

## **Eudes, comte de Blois, de Tours, de Chartres, de Troyes et de Meaux (995 - 1037) et Thibaud, son frère (995-1004). Pièces justificatives., Nr. 32**

In nomine summi salvatoris Dei, nos quidem, Odo gratia Dei comes, notum hymmo et percognitum esse volumus cunctis sancto Dei Ecclesie fidelibus, presentibus scilicet ac futuris, praecipueque successoribus nostris, quoniam deprecatus est nos quidam vasallus hac fidelis noster, nomine Gosfredus, uti ex rebus beneficii sui, quod per nostre largitionis donum tenere videtur, hoc est super fluvium... arabilis, cum aqua e contra decurrente, Sancte Marie Tavennensi, scilicet... qui eundem locum tenuerint sub institutione census annuatim red... nostre auctoritatis testamentum concederemus. Cujus deprecation... recipientes, concessimus jam dicte Sancte Marie prelibatos arpennos, cum aqua... eidem adjacenti, sitos in pago Turonico. Terminantur autem, ex una parte, via publica, ex duabus, terra ex eodem beneficio, quarta, Vigenne fluvio; eo namque tenore prelibatam terram vel aquam Sancte Marie concedimus, ut habeant fratres eundem locum tenentes licenciam desuper quicquid melius elegerint operandi, solventes annis singulis in festivitate sancti Maximi, que celebratur XIII kalendas septembris, censum solidorum II et denariorum quatuor, et eis amplius non requiratur; et si de eodem censu neglegentes quicumque aut tardi extiterint, id ipsum ei emendare studeant, et quod tenuerint, non ideo amittant, habeantque licentiam, si eis necessitas extiterit, dandi vendendique cuicumque voluerint. Ut autem hec autoritas plenior in Dei nomine obtineat firmitatem, manu propria eam per signum sancte crucis adfirmavimus atque corroboravimus, et fidelibus nostris utriusque ordinis corroborare decrevimus.

S. Odonis comitis. S. Gelduini Salmuriensis. S. Gelduini Bretuliensis. S. Raimundi Blesensis. S. Girberti Brenensis. S. Gauscelini Blesensis. S. Guanilonis clerici. S. Guarini praepositi.